Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift

temus. ne quelibet nobis culpa impunita remaneat.
ne mens perversa que fecit defendere audeat. et defen
dendo nequitie nequitiam adiungat. Unde et bene
subditur: Sit nox illa solitaria. nec laude digna. Sunt
non nulli qui non solum nequaq. deflent que faciunt. sed
etiam laudare et defendere non desistunt. et numero
cum defendit culpa geminatur: Contra qd recte per quen
dam dicitur: peccasti ne adicias iterum. Peccatum quippe pec
cato adicit. cum male gesta etiam defendit. et nocte so
litariam non relinquit. qui culpe sue tenebris etiam pa
trocinia defensionis adiungit. Hinc est quod primus
homo de erroris sui nocte requisitus. cande nocte soli
tariam esse noluit. quia dum requisitione ad peniten
tiam uocaret. ea amminicula excusationis adiunxit di
cens. Mulier quam dedisti sociam michi. dedit de ligno
et comedi. scilicet excessus sui uitium in auctorem latenter
intorquens: ac si diceret. Tu occasionem delinquendi pre
buisti. q mulierem dedisti. Hinc e quod hui erroris ramus
in humano genere ex illa nunc usq; radice protrahitur.
ut quod male agitur: ad huc etiam defendatur: Dicat g.
Sit nox illa solitaria. nec laude digna. ac si apte ex
oret dicens: Culpa quam fecimus sola remaneat. ne